

**B**oneti de latīs hebrei medici prouenzalis, anuli astronomici vti-  
litatum liber, ad Alexandrum sextum pontificem maximum.

**N**on est gloria sicut gloria notitiā habentis dei nec est exaltatio super  
exaltationem sapiētis operationes suas. nam vt ait Hieremias pro-  
pheta capitulo. 9. Non glieſ sapiens in sapiētia sua: nec fortis in for-  
titudine sua: nec diues in diuitijs suis. sed in hoc solo glorieſ qui glo-  
riatur: videlicet scire et noscere me. Et autem notitia acquiritur per  
scientiam stellarum: vt inquit psalmista psalmo 18. Celi enarrāt glo-  
riam dei: et opera manū eius annunciat firmamentū. Nam cum ho-  
mo corpora celestia et motum accessus et recessus octaue spherę ac planetarum eo:ūq;  
argumēta videt: primam ac magnā et admirabilem causam esse cognoscit: vt ait psal-  
mista psalmo 8. Domine dñs noster: q̄ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.  
Quoniam videbo celos tuos: opera digitorum tuorum lunā et stellas que tu fūdisti.  
Et cuius verbis tria sunt notāda. Primum q̄ prius dixit videbo celos: q̄ lunam et stel-  
las: quia vniuersalia sūt nobis opera digitorum: quod dictum voluit intelligi de digitis  
fixorum. Secundum, cū dicit opera digitorum: quod dictum voluit intelligi de digitis  
eclipsis luminariorum: quando eclipsantur. Tertio q̄ ideo de luna tantū non autem  
de sole (qui est candela celi et gubernator mundi) mentionem fecit: quia secundū quē-  
dam doctorem nostrum Dauid huiusmodi psalmū de nocte cantauit. Sed vera et me-  
lior ratio est: quia multa corpora celestia videntur de nocte: et propterea ad eorum no-  
titiam habēdam ipse Dauid eadem corpora de nocte videre voluit. et tunc maxime:  
cum cognouisse dicitur nomen tetragrammaton magnum esse et admirabile. Si ergo  
dei notitiā habere desideramus: stellarum scientiam habere oportet. quod maxime  
viris ecclesiasticis et cunctis deum timētibz cōuenit. Quapropter pater beatissime  
Alexander sexte pontifex maxime: etsi tuam humanitatem (diuino numine inspirante)  
omnium virtutum refertā diuinarum q̄ ac humanarū rerum notitiā habere itelligā:  
ad tue tamen sanctitatis laudem et nominis exaltationem/ ac honorē et gloriam/ sin-  
gularum q̄ tue vniuersali ditioni subditorū cōmodum/ et vtilitatem: quod dā paruum  
instrumentum adinueni per qd̄ astrozū in firmamento fixozum aliozūq; dei operū cele-  
stium facili quodam viatico notitiā haberi poterit. quod profecto tue etiam nō displi-  
cere beatitudini michi facile persuasi: ipsum q̄ ad formam anuli/ formandum censui.  
Tum quia anulus huiusmodi magnozum dominoz et altissimoz virozum ornamentū  
manuum nobile est: vt apparet libro Genesis capite 45. Tulit rex Pharaon anulum de  
manu sua: et misit eum in manu Joseph. Tum etiam quia quicūq; anulū gerens ma-  
nus suas intuebitur: anulus erit illi figura ante oculos cum quo solem et lunam et alia  
corpora celestia cōsiderabit. et tunc habebit de deo perfectam notitiā: perinde ac rex  
Dauid cum ea de nocte videbat. et prosperabitur in ecclesia triūphanti: cū isto anulo.  
sicut Aaron pontifex in tabernaculo cū rationali et humerali quod portabat super pe-  
ctus suam/ cū quattuor anulīs/ vt dicitur libro erodi capite 28. Stringatur rationale  
anulīs suis/ cum anulīs superhumeralis vita hiacinthina: vt maneat et cetera. et erunt  
in pectore Aaron quādo ingreditur coram dño et gestabit iudiciū filiozū israel. Ci-  
detur enim michi compositio istius anuli multo facilior astrolabij compositioe: et qua-  
drati israelis/ et aliozū instrumentozum astrologie/ et minus tediosa. maxime quia est  
ornamentum nobile/ ac semper visibile in manibus: ad sciēdum necessaria. et est instru-  
mentum nonum. ideo ad aperire debeo suos vsus et vtilitates: quia plures sunt. Im-  
primis autem deo creatori celi gratias agimus.

phāastica  
sunt hec.

**¶ Sequuntur capitula presentis opusculi.**

- Cap. primū.** De declaratione anuli.  
**Cap. 2.** Ad inueniendum locum solis.  
**Cap. 3.** Ad sciendum diem ignotum.  
**Cap. 4.** Ad inueniendum altitudinem solis in omni hora  
**Cap. 5.** Ad sciendum gradum ascendentis.  
**Cap. 6.** Ad inueniendum duodecim domos  
**Cap. 7.** Ad sciendum quot sunt hore de horis 12  
**Cap. 8.** Ad sciendum quot sunt hore de horis 24  
**Cap. 9.** Ad sciendum quot sunt hore ab ortu solis  
**Cap. 10.** Ad inueniendum quantitatem diei et noctis.  
**Cap. 11.** Ad inueniendum hore erraticæ diei quantitatem  
**Cap. 12.** Ad inueniendum quantitatem hore equalis diei  
**Cap. 13.** Ad reducendum horas equales ad erraticas  
**Cap. 14.** Ad sciendum altitudinem solis meridiei  
**Cap. 15.** Ad sciendum locum solis sine notitia diei  
**Cap. 16.** Ad sciendum quantitatem dierum.  
**Cap. 17.** Ad sciendum declinationem signorum ab equinoctiali lune.  
**Cap. 18.** Ad sciendum latitudinem ciuitatis  
**Cap. 19.** Ad sciendum ad quam latitudinem anulus factus est  
**Cap. 20.** Ad sciendum ascensiones signorum in circulo directo  
**Cap. 21.** Ad sciendum ascensiones signorum in circulo obliquo.  
**Cap. 22.** Ad sciendum in quo signo est luna sine altitudine eius  
**Cap. 23.** Ad sciendum ascendens reuolutionis anni natalis vel mundani  
**Cap. 24.** Ad inueniendum dominum hore de die et nocte.  
**Cap. 25.** Ad sciendum altitudinem stellarum  
**Cap. 26.** Ad sciendum gradum ascendentis de nocte  
**Cap. 27.** Ad sciendum quot sunt hore de nocte  
**Cap. 28.** Ad inueniendum gradum ascendentis de die sine sole/et  
de nocte sine stella  
**Cap. 29.** Ad sciendum in quo gradu signi sit luna.  
**Cap. 30.** Ad sciendum locum planetarum  
**Cap. 31.** Ad sciendum quando planeta sit australis vel septentrionalis  
**Cap. 32.** Ad sciendum si planeta sit retrogradus vel directus.  
**Cap. 33.** Ad sciendum altitudinem turris vel aliarum rerum.

## Cap. primum de declaratione anuli.

**N**ota qd anulus debet fieri de auro / vlt argēto / aut alio gñe metalli: ad modū sigilli ad portādū in digito. et ei<sup>9</sup> declaratio talis est. Sup circuitu anuli sūt 12 signa i suis caracterib<sup>9</sup>. Primū est aries. scdm taur<sup>9</sup>. et ita deiceps. qdlibet signū p̄tinet 30 grad<sup>9</sup>. Diuidēdo de qñq; i qñq; gradib<sup>9</sup> p̄ q̄libet p̄ticta. Itē sūt duodeci mēses i literis. Ad ari<sup>9</sup> in ista littera m. Aprilis x̄o in ista littera a. et sic de alijs. Et q̄libet mēsis diuidit de qñq; in 5 dies p̄ p̄ticta. et iitū martij est in 20 gradu signi pisciū. et p̄ istos mēses / et caracteres signoz: sciet loc<sup>9</sup> solis oi die. Infra anulū sūt 90 grad<sup>9</sup> de quinq; in qñq; lineis / ad inueniēdū altitudinē sol<sup>9</sup> et stellaz. Et iitū nūeri istorū 90 graduū est in linea medij foraminis: i qd itrat radi<sup>9</sup> solis ad cognoscēdū ei<sup>9</sup> altitudinē. Itē i superficie anuli recta / et plana (q̄ est sup anulū) sūt tres circuli: quoz p̄m<sup>9</sup> est mīm<sup>9</sup> / et est circulus cāeri. Adedi<sup>9</sup> eq̄notial. Adaxim<sup>9</sup> x̄o eoz circuli capricorni: q̄ est vltim<sup>9</sup> in circūferētia illi<sup>9</sup> superficie recte et plane. Postea sūt almucātharat q̄ sūt i medietate circuli superioris descripu: quoz qdā integri apparēt / qdā imp̄fecti: q̄rū prim<sup>9</sup> horisō i duo diuidit hemispha. et dicitur circuli almucātharat cōtinēt 10 grad<sup>9</sup>. et sūt in sūma 90 grad<sup>9</sup> a p̄rio vsq; ad cētū inferioris eoz: qd zenith capitis noiat. Post sūt 4 erraticæ hore infra almucātharat. Postea linea medij celi: q̄ est linea descēdēs a cruce: cui<sup>9</sup> ps a cētro in q̄ est foramē dicitur linea meridier: et alia dicitur āgul<sup>9</sup> t̄re / et linea medie nocti. Postea i circuitu superficie i sp̄ssitu die ei<sup>9</sup> sūt 4 hore signate i lineis. Postea seq̄t rotula mobilis posita sup illā superficiē i qua sūt signa 12 i caracteribus cum zodiaco p̄stituto: et dicitur rotula zodiaci. Itē sūt in dicta rotula zodiaci 4 p̄ticta: q̄ 4 stellas fixas significāt. Primus p̄tict<sup>9</sup> significat aldebrā: et est in scdo gradu signi gemioz. Secūd<sup>9</sup> significat cor leonis: et est in 23 gradu signi leonis. tert<sup>9</sup> significat cor scorpionis: et est i scdo gradu signi sagittarij. q̄rt<sup>9</sup> significat caudā capricorni: et est i 15 gradu signi aq̄rij. Itē in rotula zodiaci sūt 28 linee: quaz septē 3 signa cōtinēt: et significāt 28 mansiones lune. deinde sequit foramē: qd est i medio linee rotule zodiaci: qd trāsit p̄ caput arietis et libree: in quo est axis cōtinēs rotulā cū anulū / et restringēs eam. Postea sunt duo foramina. vnū est in medio anuli ad suspēdendū anulū ante solē cū filo: alterū foramen est in sūmitate anuli pro introitu radij solis ad sciendum altitudinem eius. Postea est baculus perforatus: q̄ intrat in foramen altitudinis solis: tū est mobilis et nō est semp cū anulū nisi de nocte per altitudinē stellarum. Postea est filū ad suspēdendū anulū.

## Cap. 2. ad inueniendum locum solis in omni die.

**S**i velis scire locū sol<sup>9</sup> in quo signo est et in quo gradu ei<sup>9</sup> in illa die: pone filū sup diēcin quē habes / et nota sup quē ex gradib<sup>9</sup> signoz cadat filū: ille denotat locū sol<sup>9</sup> in illa die. **Exemplum:** hodie est 10 mēsis martij. Pone ergo filum super decimū mēsis martij: et quia super primū gradū arietis cadit filum: in illo gradu est sol hodie.

## Cap. 3. ad sciendum diem ignotum.

**S**i diē ignotū inuenire desideras. scias i q̄ est sol: et in illo gradu in q̄ est pone filū. et nota sup quē ex dieb<sup>9</sup> mēsiū cadat filū: ille denotat diē mēsis ignoti. **Exemplū:** hodie sol est in primo gradu signi arietis: pone filū sup illū gradū / et cadet sup diē 10 martij. Et si ignoraueris locū sol<sup>9</sup>: fac sicut dicef i cap. 15. **Cap. 4. ad inueniēdū altitudinē sol<sup>9</sup>.** Si altitudinem solis scire desideras: suspende anulū de manu tua dextera per filum eius et pone eum ad solem donec per foramē transeat radius solis: et in superficie intrinseca anuli vide in quo gradu ex 90 gradib<sup>9</sup> cadat radius / et illa est altitudo solis.

## Cap. 5. ad inueniendum gradum ascendētis et signum ascendētis.

**S**i certitudinē ascēdētis volueris scire scias p̄rio locū sol<sup>9</sup>: post scias altitudinē sol<sup>9</sup>. p̄ q̄re gradū i rotula zodiaci i q̄ est sol: et pone sup almucātharat altitudinis ex pte orientis / si fuerit ante mediū diē: aut ex pte occidentis / si post mediū diē accepisti altitudinē. et ille gradus q̄ ceciderit sup lineā horisōtis (q̄ est p̄ria linea almucātharat) est grad<sup>9</sup> ascēdētis. et signū illi<sup>9</sup> grad<sup>9</sup> est signū ascēdēs / id est oriēs. qd x̄o i occidentali: occidēs qd autē ceciderit in linea medij celi est in medio celi et ei<sup>9</sup> nardir in angulo terre. **Exem-**

plū hodie loc<sup>o</sup> solis est in prio gradu arietis: et altitudo solis ante meridiē est 30 graduum. pone primū gradū arietis ex parte orientali sup almucātharat 30 gradū: et sup primū almucātharat cadet secūdus gradus signi geminorum/ ille gradus secundus geminorum est gradus ascendens: et signum geminorū est signum ascendens.

Cap. 6 ad inueniendum duodecim domos celi.

**C**ū duodecim domos celi volueris adequare q̄re primo gradū ascēdētis: et ille grad<sup>o</sup> qui ceciderit sup lineā horizōtis est priā dom<sup>o</sup>. post signa gradū q̄ ceciderit sup lineā medij celi: in q̄ lineā voluēdo rotulā zodiaci/ pone gradū nadir illi gradui medij celi: et postea vide in parte linee occidētis gradum correspondētē hore prime erraticę: et ille gradus est initiū scēbe dom<sup>o</sup>. deinde imota rotula zodiaci vide gradū correspondētē hore erraticę scēbe: et ille grad<sup>o</sup> est initiū tertie dom<sup>o</sup> postea vide gradū correspondētē linee medij celi: et ille grad<sup>o</sup> est q̄rta dom<sup>o</sup> postea vide gradū correspondētē hore erraticę tertie: et ille grad<sup>o</sup> est initiū ante dom<sup>o</sup>. postea vide gradū correspondētē hore erraticę quartę: et ille grad<sup>o</sup> erit initiū sextę. Initiū autē septime dom<sup>o</sup>: est nadir ascēdētis. Et initiū octauę: est nadir scēbe. initiū quoq̄ nonę: est nadir tertie. Et initiū decie est nadir quartę. Et initiū vndecime: est nadir ante. Et initiū duodecime: est nadir sextę

**E**xemplū. grad<sup>o</sup> ascēdētis est scēbs grad<sup>o</sup> signi geminorū sicut dictū est: et est priā dom<sup>o</sup>. et grad<sup>o</sup> q̄ cecidit sup lineā medij celi ē 14 aq̄rij. volue rotulā zodiaci et pone 14 leonis gradū sup lineā medij celi et grad<sup>o</sup> correspondēs hore prie erraticę: est 26 geminorum: et est secunda dom<sup>o</sup>. Et gradus correspondēs hore scēbe erraticę: est 20 cācri et est initiū tertie dom<sup>o</sup>. et grad<sup>o</sup> correspondēs medio celi: est 14 leonis: et est initiū q̄rte domus. et grad<sup>o</sup> correspondēs tertie hore erraticę est 13 virginis: et est initiū ante dom<sup>o</sup>. et grad<sup>o</sup> correspondēs q̄rte hore erraticę est 14 libře. q̄ est initiū sextę dom<sup>o</sup>. grad<sup>o</sup> nadir prie domus: est 2 sagittarij: et ē septima dom<sup>o</sup>. et grad<sup>o</sup> nadir scēbe dom<sup>o</sup> est 26 sagittarij et est octaua dom<sup>o</sup>. et grad<sup>o</sup> nadir tertie est 20 capricorni: et est nona dom<sup>o</sup> et gradus nadir q̄rte est 14 aq̄rij: et est decima dom<sup>o</sup>. et gradus nadir quīte est 13 pisciū: et est vndecima domus. et gradus nadir sextę est 14 arietis: et est duodecima domus.

Cap. 7 ad sciendū quot sunt hore ex horis 12 sicut est in gallia.

**S**i scire volueris quot sūt hore de horis duodeci. scias prio sol<sup>o</sup> altitudinē: et pone gradū sol<sup>o</sup> sup almucātharat altitudis ex pte orientis si fuerit an meridiē: et pone sup illū gradū sol<sup>o</sup> filiū et vide i circulo horarū sup quā horā q̄ ceciderit filiū et nūera a linea āguli terre q̄ est medie noctis: vsq̄ ad illā horā i q̄ filiū cadit: et habebis q̄t sūt hore de horis 12. **E**xemplū. hodie loc<sup>o</sup> sol<sup>o</sup> est in prio gradu arietis. et altitudo ei<sup>o</sup> est i 30 gradu pone primū gradū arietis zodiaci sup almucātharat 30 gradus ex pte orientis: sup hūc gradū pone filiū et cadet i circulo horarū sup horā 9 nūerādo ex linea medie noctis. et si fuerit post meridiē pone gradū sol<sup>o</sup> ex pte occidentis et numera a linea medij celi q̄ est meridiē: et scies quot sūt hore post meridiē: sicut est in patria gallicana/ in qua natus sum.

Cap. 8 ad sciendum quot sunt hore ex horis 24.

**S**i scire volueris q̄t sūt hore ex horis 24: pone gradū sol<sup>o</sup> sup lineā horizōtis ex pte occidētis et fac signū i circulo horarū cū filo. post volue rotulā zodiaci vsus āguli frę et pone illū gradū sol<sup>o</sup> sup almucātharat altitudis ex pte orientis si fuerit an meridiē: aut ex pte occidētis si post meridiē accepisti altitudinē. deinde fac signū cū filo i circulo horarū: et nūera i codēp viā āguli terre ab illo signo prio vsq̄ ad signū scēbs: et habebis q̄t sūt hore de 24. sicut est i italia. **E**xemplū. hodie loc<sup>o</sup> sol<sup>o</sup> est i prio gradu arietis: et eius altitudo 30 grad<sup>o</sup>: pone primū gradū arietis supra lineā horizōtis ex pte occidētis: et fac ibi signū in circulo horarū cum filo et illa hora est prima. post volue rotulam zodiaci et pone gradum primum arietis sup almucātharat 30 gradus ex parte orientis quia nunc est ante meridiē. et fac signum cum filo/ et numera a primo signo qd̄ est prima hora per viā anguli terre vsq̄ ad secundū signum i et erūt 15 hore: et si est post meridiē: pone gradū illū 30 gradus in almucātharat ex pte occidētis: et erūt 21 hore.

**Cap. 9.** Ad sciendum quot sunt hore ab ortu solis.

**S**i scire volueris quot hore equales transferunt de die. accipe gradum solis et eius altitudinem et pone eundem super almucatharat altitudinis: et tunc signa locum in circulo horarum. postea volue retro gradum solis usque ad primum almucatharat ex parte orientis et secundo nota locum eiusdem in dicto circulo. postea numera ab illo signo primo usque ad secundum: et habebis quot sunt hore ab ortu solis. Et si est post meridiem pone illum gradum solis ex parte occidentis super almucatharat altitudinis: et numera ab illo signo primo usque ad secundum per viam medij celi. **Exemplum.** hodie locus solis est in primo gradu arietis et altitudo eius est in 30 gradu pone illum gradum super horizontem et fac signum et numera a primo signo usque ad secundum et erunt 3 hore equales que transferunt de die. Et si est post meridiem pone illum gradum ex parte occidentis: et erunt 9 hore ab ortu solis que transferunt de die.

**Cap. 10.** Ad sciendum quantitatem diei et noctis.

**S**i volueris arcum diei cognoscere: pone gradum solis super primum almucatharat ex parte orientis et fac signum in circulo horarum. Postea volue rotulam zodiaci per viam medij celi et pone illum gradum in linea horizontis ex parte occidentis et nota eius locum in circulo horarum cum filo et hore et partes earum que sunt ab una nota in aliam: est arcus diei. reliqua vero pars circuli est arcus noctis. quia totus circulus continet 24 horas et quantitatem diei et noctis. **Exemplum.** hodie sol est in primo gradu arietis pone primum gradum arietis super horizontem ex parte orientis. postea pone illum gradum ex parte occidentis super horizontem et numera partes horarum per viam medij celi que sunt ab una nota in aliam. Et sunt 12 hore. ergo duodecim hore est quantitas diei hodie.

**Cap. 11.** Ad sciendum quantitatem hore erratice diei.

**S**i volueris scire arcum hore inaequalis diei: scias primo arcum diei sicut dictum est. et horas illius quantitatis multiplica per 15. et illam summam diuide per 12 et habebis numerum graduum hore inaequalis diei. quia si substraxeris a 30 remanebit numerus graduum hore nocturne: quia hora inaequalis diurna cum hora inaequali nocturna: facit 30 gradum in omni die que sunt due hore aequales. **Exemplum.** hodie quantitas diei est 14 hore: multiplica eas per 15: et erunt 210. quem numerum diuide per 12 et erunt 17 gradum et 5 minuta. ergo 17 gradum et 5 minuta est arcus hore erratice diei deinde subtrahere dictum numerum a 30: et remanebunt duodecim gradus et 55 minuta. et est numerus graduum hore erratice nocturne. Et hoc caput est appropinquatum necessarium in astrologia ad sciendum diem hore: ut dicitur in capite 24.

**Cap. 12.** Ad sciendum quantitatem hore equalis.

**S**i volueris scire arcum hore equalis: diuide 360 per 24 horas que sunt in circulo horarum et habebis numerum graduum hore equalis de die et de nocte: quia ille hore circuli horarum sunt equales et quelibet continet 15 gradus.

**Cap. 13.** Ad reducendum horas erraticas ad equales.

**C**um volueris reducere horas inaequales ad horas aequales: scito gradum horarum inaequalium que sunt: et diuide gradum earum per 15: et habebis horas aequales. **Exemplum.** quantitas hore erratice est 17 gradum et 5 minuta et sunt 12 que sunt 210 gradum diuide per 15 et erunt 14 hore equales.

**Cap. 14.** Ad sciendum altitudinem solis in meridie.

**C**um scire volueris altitudinem solis in media die que est initium recessiois pone gradum solis supra lineam medij celi. et numerus graduum almucatharat a loco solis in horizontem est altitudo eiusdem medie diei dummodo anulus sit factus ad altitudinem climatis in quo quis altitudinem. **Exemplum.** hodie sol est in primo gradu arietis pone primum gradum arietis supra lineam medij celi: et numera ab oriente usque ad almucatharat in qua applicat ille gradus supra lineam medij celi: quot sunt gradus et erunt 48. ergo altitudo solis in media die illius diei est 48 gradus. Ante scito quod circulus signorum diuiditur in duos circulos: quorum unus est a capite capricorni in caput cancri. et alius a capite cancri in caput capricorni. Et caput capricorni est solstitium hyemale: et caput cancri estiuale. Scito etiam quod omnes eque-

distātes grad⁹ ab aliq̄ hoꝝ solsticioꝝ: sūt vni⁹ declinatiōis x̄sus septētrionē vel meri⁹ diem / et dies eoꝝ vel noctes sunt equales: et vmbꝛe / et altitudines equales i media die.

¶ Cap. 15 Ad sciendum locum solis sine noticia diei.

¶ Si scire volueris gradū solis ignoro die: pone notā sup altitudinē medie diei i medietate quā sūpsisti pri⁹ p foramē q̄b est ad sciēdū altitudinē solis. deinde volue rotulā zodiaci cadētꝝ duo grad⁹ sup ipsā notā: quoz vnū scies esse gradū solis q̄ cognito scica diē mensis. ¶ Exēplū. Hodie altitudo solis est 48 in media die / volue rotulā et vide gradū signoz zodiaci cadētē sup almucātharat altitudinis graduū: et erit primus grad⁹ arietis / vel prim⁹ gradus libꝛe: et quia est tēp⁹ hꝛemale ergo sol est i prim⁹ gradu arietis. Pone filum in circulo mensium sup primū gradū arietis: et cadet super decimum mensis martij. et per hoc caput habebis locum solis / et diem ignotū:

¶ Cap. 16 Ad sciendum que dies sit equalis alteri.

¶ Si volueris scire que dies alteri sit equalis: scias hoc p gradus eq̄distātes a solsticijs. q̄a eoꝝ dies sunt equales sicut dictum est. ¶ Exēplū. dies 30 mēsis nouembꝛis est equalis diei 25 mensis decembꝛis. quia solsticiū hꝛemale est quando sol est in capite capricorni: quod est in die duodecima mensis decembꝛis. et sic de alijs.

¶ Cap. 17 Ad sciēdum declinationē signozum ab equinoctiali linea.

¶ Si scire volueris declinationē cuiuscūq̄ grad⁹ signoz. pone eū sup lineā medij celi et scito ei⁹ altitudinē ab horizōte. Postea scito altitudinē capitis arietis / vel libꝛe in eadē linea: et differētia huiusmodi altitudinū est declinatio hui⁹ grad⁹ ab equinoctiali. Si autē fuerit grad⁹ septētrionalis: septētrionalis est declinatio. si meridionalis: meridiana. ¶ Exēplū. pone primū gradū signi cācri sup lineā medij celi: et nūera ab horizōte vsq̄ ad almucātharat altitudinis ei⁹: et erūt hic rhōme 72 gradus. et altitudo primi gradus arietis est 48: ergo declinatio primi gradus cancri ab equinoctiali linea: est 24 gradus qui sunt differentia vtrarumq̄ ipsarum altitudinum.

¶ Cap. 18 Ad sciendum latitudinem ciuitatis.

¶ Si volueris scire latitudinē ciuitatis q̄ est distātia zenith capitis ciuitatis ei⁹ ab equinoctiali linea: cōsidera altitudinē solis in media die: quā minues de 90 si fuerit sol i initio arietis / vel libꝛe que est in 10 die martij vel septēbris: et residuū est latitudo ciuitatis tunc enī erit mot⁹ solis in equinoctiali linea. Si vero in alio gradu fuerit sol / et in alia die: tunc eius grad⁹ considera declinationē p cap. pꝛecedēs quā minues de altitudine solis in media die / si fuerit septentrionalis / vel adde eidē si fuerit meridiana: et habebis altitudinē initū Arietis i illa ciuitate: quā substrahas (sicut pri⁹ dictū est) a 90 et quod remanserit erit distātia regionis ab equinoctiali linea. ¶ Exēplū. quādo sol est in primo gradu arietis / vel libꝛe: altitudo solis tunc est 48 in media die quā minues de 90 et remanebūt 42 ergo 42 est latitudo ciuitatis rhōme. ¶ Exēplū. in alijs diebus quādo sol est in alio signo sicut in cancro: considera declinationē primi gradus eius que est 24 et minue illam declinationē ex altitudine eius que est 72 et remanebūt 48: vel adde super altitudinem primi gradus capricorni que est 24 et erūt 42 substrahas 48 a 90 et remanebunt 42: ille numerus 42 est latitudo huius ciuitatis rhōme

¶ Cap. 19 Ad sciēdū ad quā latitudinem anulus factus est.

¶ Si vis scire ad quā latitudinē factus est anulus: vide quot almucātharat sūt in circulo equinoctiali / vsq̄ ad zenith: vel ab axe ad horizōtem / ad septemtrionem: et sup tantam latitudinem factus est anulus. hec enī sunt equalia. hic factus est ad latitudinem rhōme: facies tū tibi vnum ad latitudinem quam volueris cum mutatione superficii almucātharat: vt patet in tabulis Astrolabij instrumenti.

¶ Cap. 20 Ad sciēdū ascensiones signozum in circulo directo.

¶ Si ascēssiones signoz i circulo directo / scire desideras inittū cuiusuis signi sup lineā meridianam pone et fac signum i circulo horarum / cum filo: et moue rotulam zodiaci: donec finis signi sit sup lineā meridiē: et hoc iterū signa i circulo horarum: et horas q̄ erūt inter duas notas multiplica per 15: et habebis numerum graduum ascensionum

eiusdem signi. et similiter facies ad quamlibet partitionem circuli: quia quelibet hora continet 15 gradus sicut dictum est. **Exemplum.** pone initium signi arietis super lineam in meridionalē: et post moue rotulam zodiaci/et faci signū in illis duobus locis: et hore que sunt iter duo signa sunt vna hora et quattuor partes vni?/multiplica per 15/et sūt 27. ergo ascensiones signi arietis in circulo directo sunt 27 gradus.

**Cap. 21** Ad sciendum ascensionem signorum in circulo obliquo. **S**i hoc scire volueris/moue rotulam zodiaci ab initio signi ad finem eiusdem super primum almucatharat: et gradus horarum in circulo horarū/ erunt ascensiones signi in illa regione. quia quelibet hora continet 15 gradus.

**Cap. 22** Ad sciendum in quo signo sit luna sine altitudine eius. **C**ū hoc scire volueris: scias primo locū solis: postea scito diē in qua fuit cōiunctio lune/ et numerabis a loco solis sup rotulam zodiaci per lineas q̄ signāt 28 mansiones lune/ tot quot sūt dies que trāsierūt a die cōiunctionis lune et illud signū qd̄ inuenies p̄ dictū numerū ostēdet lineā in qua erit luna. **Exēplū.** Hodie sol est i primo gradu arietis/ et a die cōiunctionis lune vsq; ad p̄sentē diē sūt dies 23: numera a loco solis lineas 23: et pone filiū sup lineā 23: et inuenies lineā i fine signi capricorni i q̄ est loc⁹ lune hodie.

**Cap. 23** Ad inueniēdū ascendēs reuolutionis anni natalis vel mundani. **C**ū hoc scire volueris hunc gradū ascendētis anni trāsacti sup horizontē in oriente/ pone gradū solis et i circulo horarū fac notā cū filo/ post hoc illū gradū moue ab eodē loco per horas 6/ et q̄ntā partē vni? hore q̄ sūt 93 gradus: et grad⁹ q̄ ceciderit super horizontē/ est gradus ascendētis eiusdē anni. Si autē plures fuerint anni p̄ vno quoq; anno deduces illū gradū p̄ 6 horas et quitā partē q̄ sunt 93: et gradus existēs in parte orientali est ascendens ipsius. **Exēplū.** Ascendens reuolutionis istius anni est 8 gradus signi capricorni: pone eū super horizontē in oriente. deinde moue ipsū per 6 horas et quinta partē vni? et primus gradus geminorum erit ascendens anni futuri.

**Cap. 24** Ad inueniēdū dominū hore diei et de nocte. **S**i hoc scire desideras scias horam erraticā noctis illius diei per caput 11: quia que libet hora erraticā habet suum dominū vnū ex 7 planetis secundū ordinē eorū in celo videlicet in die sabbati domin⁹ prime hore est saturnus/ dominus secunde est iupiter. et sic per ordinem vsq; ad 12 quia quecūq; dies sit vel nox longa vel breuis cōtinet 12 horas inaequales et super quantitatem illius hore erratice iuente/ dominatur vn⁹ planeta. Et hoc amplius apparet in tabula inferius descripta.

	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
Hora dominice	AB	L	s	J	m	S	V	AB	L	s	J	m
Dies dominice	S	V	AB	L	s	J	m	S	V	AB	L	s
Hora lune	J	m	S	V	AB	L	s	J	m	S	V	AB
Dies lune	L	s	J	m	S	V	AB	L	s	J	m	S
Hora martis	V	AB	L	s	J	m	S	V	AB	L	s	J
Dies martis	m	S	V	AB	L	s	J	m	S	V	AB	L
Hora mercurij	s	J	m	S	V	AB	L	s	J	m	S	V
Dies mercurij	AB	L	s	J	m	S	V	AB	L	s	J	m
Hora iouis	S	V	AB	L	s	J	m	S	V	AB	L	s
Dies iouis	J	m	S	V	AB	L	s	J	m	S	V	AB
Hora veneris	L	s	J	m	S	V	AB	L	s	J	m	S
Dies veneris	V	AB	L	s	J	m	S	V	AB	L	s	J
Hora sabbati	m	S	V	AB	L	s	J	m	S	V	AB	L
Dies sabbati	s	J	m	S	V	AB	L	s	J	m	S	V

AB. Mercurius. L. Luna. s. saturnus. J. Jupiter. m. mars. S. Sol. V. Ven⁹.

**C**um hoc scire volueris: suspende anulum de manu tua dextra per filum: et per baculum perforatum vide stellam. et in superficie intrinseca anuli vide in quo gradu de 90 gradibus cadat baculus: et ille stellarum est altitudo:

**Cap. 26** Ad sciendum gradum ascendens de nocte

**C**um hoc scire desideras accipe altitudinem vnus stelle fixe/ de illis quattuor q̄ sūt in punctis in rotula zodiaci: et pone gradū in quo est illa stella fixa in almucātharat sue altitudinis ex parte orientis/ si stella est in orientis parte: vel ex parte occidentis/ si est in occidente et ille gradus q̄ ceciderit sup lineā horizōtis q̄ est prima linea almucātharat est gradus ascendens. **Exemplum.** hodie locus cordis leonis stelle/ est in gradu 23 signi leonis: et altitudo eius stelle in parte orientis est 30 gradus. pone gradum 23 leonis super almucātharat 30 gradus: et super horizōtē cadet 20 gradus signi virginis. Ille gradus 20 virginis est gradus ascendens.

**Cap. 27** Ad sciendum quot sunt hore de nocte.

**S**i ad illius noticiam peruenire volueris: accipe altitudinē vnus stelle fixe ex illis quattuor que sunt in rotula zodiaci. et pone gradū in quo est in almucātharat sue altitudinis ex parte orientis/ si est in oriente: vel ex pte occidentis/ si est in occidēte. Postea pone filum supra gradum solis: et fac signum in circulo horarū. Post volue rotulā zodiaci/ et pone dictum gradum solis sup primā almucātharat occidētis. et fac signū cū filo in circulo horarū: et nūera horas q̄ sunt inter duas notas. tātē erūt hore noctis. Et si volueris scire qū erit media nox: vide quot sūt hore ex p̄io signo ad lineā medie noctis. Et si volueris scire quot sūt hore de 12: numera ex lineā medij celi vsq̄ ad gradū solis in circulo horarū per viā linee occidētis/ si grad⁹ solis est ante lineā medie noctis. et si est post: numera a lineā medie noctis/ p viam orientis vsq̄ ad lineā medij celi. **Exemplū** grad⁹ cordis leonis est 23 leonis/ et ei⁹ altitudo 30 in occidēte: et sol est hodie i p̄mo gradu arietis. Pone 23 leonis sup almucātharat sue altitudinis/ et fac signū sup primū gradū arietis: post volue rotulā zodiaci: et pone primū gradū arietis super almucātharat primū occidētis. et numera horas que sunt inter duas notas. et erunt hore 7 et 45 minuta. et post mediā noctem/ erit vna hora/ et 45 minuta de horis 12.

**Cap. 28** Ad sciendum gradum ascendens sine latitudine et stellis de nocte et sine sole de die.

**S**i ad illius noticiam peruenire volueris: scias quot sunt hore. Postea pone gradū solis in illo puncto hore in circulo horarum. et ille gradus signorū zodiaci qui ceciderit super primū almucātharat in parte orientis: est gradus ascendens. **Exemplū** hodie sol est in primo gradu arietis: et nūc sunt tres hore post meridiem: pone gradū solis correspondentem illi hore in circulo horarum: et cadet super primū almucātharat 10 geminorum: et hic est gradus ascendens.

**Cap. 29** Ad sciendum in quo gradu signi sit luna sine noticiā cōiunctionis: **C**um hoc cognoscere cupis considera altitudinē lune: et eā nota in almucātharat in qua parte fuerit. deinde aliquā quattuor stellarū q̄ sunt in rotula zodiaci tibi notā pone super suam altitudinē in eadē hora cū altitudinē lune/ accepta i parte in qua fuerit: et grad⁹ circuli zodiaci/ qui ceciderit in almucātharat super notā altitudinis lune: erit gradus eius. Si autē apparuerit in die/ idē facies cū altitudinē illi⁹ et altitudinē solis: considera igitur cuius signi sit gradus ille. **Exemplū.** Nunc altitudo lune est in occidente 30 gradus: et altitudo stelle cordis leonis in oriente est 40 pone 23 gradum leonis in quo est stella sup almucātharat in oriente 40 gradus: et quia sex grad⁹ pisciū cadit super almucātharat altitudinis lune que posita est 30 in illo igitur gradu est luna.

**Cap. 30** Ad inueniendum locum planetarum.

**C**um volueris scire locum planetarum: facias sicut dictum est in capite precedenti ad sciendum locum lune. sic etiam altitudines earum in nocte poteris clicere.



**C**ap. 31 Ad sciendum quando planeta sit australis vel septentrionalis. Si id deprehendere volueris: vide altitudinē planete/ quādo erit in linea meridiana. et si est equalis altitudini gradus solis: tūc est in via solis. Si autē fuerit maior altitudine gradus solis: tunc planeta est septentrionalis/ a via solis. Si minor: australis. et tantum declinat a via solis: quantum altitudo fuerit maior/ vel minor.

**C**ap. 32 Ad sciendum an planeta sit retrogradus vel directus. **Q**uoniam autē planeta sit retrogradus/ aut directus si cognoscere velis: quere eius altitudinem cum altitudine stelle fixe et ambas commēda memorie. deinde post tertiam noctem/ vel quartam insensibilis est qua stelle motus expecta quousque stella habet eandem quam prius altitudinem. Et tunc rursus altitudinē planete considera: que si fuerit minor altitudine sua prima: erit planeta directus/ si fuerit in parte orientali. et si fuerit in parte occidentali: erit retrogradus. Si vero secūda altitudo planete fuerit maior prima est retrogradus/ hora accepte altitudinis cōsistente in parte orientis. Et si fuerit in parte occidentis/ erit directus. et oppositum est de luna.

**C**ap. 33 Ad sciendum altitudinem turris vel aliarum rerum. **P**one baculum perforatum/ super gradū 45 in numero 90/ qui est pro altitudine solis/ et stellarum. et accipe altitudinem turris non dimouēdo baculū ab illo gradu 75. tanta enim est altitudo turris cum altitudine tua: quāta est latitudo que est inter te et radicem rei. Et si est impossibile mensurare illam latitudinem que est inter te et rem: vide sine mutando locum in terra/ et mensura a loco tuo vsque ad locum terre quem vidisti: et tanta est altitudo rei.

**H** Bonus de latis prouenzalis alexandro sexto pontifici maximo. **R**ec sunt beatissime pater: Anuli astronomici puncta per egregia: vna mecum ad sanctos tuos pedes humillime oblata. que positis supercilij hilari vultu/ vt spes fouet recipias. Nec mirum si gramaticometas qui hebreus sum latinis experis nonnullis excesserim: nolens vtile per inutile viciari. Adhuc tibi rosul'is in vili quibus viticas aut lolum in preciosa offerre sportula. vt que ad salutem tuam totiusque rei publicae commodum/ omniumque rerum opificis laudem vtilia comperta sunt/ ob humilem contextum vocabulorum/ non omitterentur. Quin potius sub summa tua maiestate atque auctoritate ab omnibus amplius cognoscerentur.

Parce precor. rudibus/ que sunt errata latino:

Lex hebreica michi est/ in lingua latina minus.

Boni de latis hebrei

anuli astronomici

Finis.

Septem textus Geometrię Euclidis.